

- 10
- 481 Iura vel statutum inducentia prescriptionem cum mala fide, non valent.
- 482 Licita est prescriptio debiti etiam iure Canonico, quando debitor prescribens habet bonam fidem.
- 483 Bona fides presumitur ex eo, quod quis successerit in bonis debitoris, vel si debeat ex contractu gesto per procuratorem, vel negotiorum gestorem.
- 484 Practica legum Regni inducentium prescriptionem debitorum.
- 485 Debitor confitens se non soluisse debitum, nullo temporis cursu potest iurari, ut non soluat.
- 486 Anima hominum quibuscumque vasis & vestimentis & sic diuisis prescribi debent.
- 487 Intellectus ad finalem, tit. 15. libro quarto, Noua Recopil.
- 488 Debitor si post lapsum decemni fateatur in iudicio debitum; poterit peti exsequutio contra eum virtute illius confessionis.
- 489 Cautela ad legem Regiam, ad hoc ut transacto decennio possit peti exsequutio pro debito contra debitorem.
- 490 Leges Regie ordinamenti veteris concordantur remissive.
- 491 Diuitia leges ordinamenti veteris dicentis, debitum & athenem personalem prescribi decennio, hodie corriguntur: nam iure nouiori Regio viginti anni requiruntur ad hoc, ut actio personalis prescribatur.
- 492 Renuntiare an possit statuto inducenti prescriptionem debiti.
- 493 Filii familias non possunt renuntiare Senatusconsulto Macedoniano.
- 494 Prescriptio statutaria debiti decem & viginti annorum, subrogata est in locum prescriptionis 30. & 40. annorum.
- 495 Renuntiare quod possit hodie iure Canonico huiusmodi statuto inducenti prescriptionem debiti.
- 499 Cautela, ut possit etiam iure civili renuntiare huiusmodi statuto.
- 497 Tertia pars glossae magna, verbo, quia neque, declaratur.
- 498 Heres qui dolo fecit ne conueniretur, ubi testator tantum voluit, in alio loco non habet exceptionem, ne ibi conueniatur.
- 499 Heres qui fuit in mora in loco, ubi tantum testator voluit, quod possit conueniri, non habet alibi exceptionem, ne ibi conueniatur.
- 500 Exemplum ponitur supradictorum in duobus numeris precedentibus.
- 501 Obligatio nullo loco circumscriptur.
- 502 Exemplum, quo testator iubet obligationem finire certo loco.
- 503 Quarta pars glossae magna, verbo, quia neque, declaratur.
- 504 Tacita conditio ita impedit ortum obligationis, sicut expressa.
- 505 Tacita conditio, quae inest exsequutioni tantum, non impedit ortum & naturam obligationis.
- 506 Legante testatore alicui decem corbes frumenti ex fundo suo, inest tacita conditio, ut si in hoc anno vel illo non nascantur fructus, in alterum debeat expectare legatarius.
- 507 In casu precedenti non solum expectatur biennium, sed quoque nascantur fructus.
- 508 Exemplum referuntur, quibus testator iubet obligationem finire sub conditione.
- 509 Testator qua possit prohibere, & qua non, quomodo cognoscatur.

Sequitur repetitio l. Nemo potest, ff. de legatis primo.

**T**Ext. hic practificabilis est & vtilis admodum secundum Franciscum de Ripa hic in princ. Habet materiam profundam, & quotidianam secundum Ioan. Annibalem in presenti, & in eius commendatione non est inistendum, cum frustra fiat demonstratio rei demonstrat ut in l. si quis uxori ff. de dot. prelegat. & est pulchra & honorabilis secud. Ioan. Crot. hic. Ipse in eius explanatione ordinem Barr. sequar, & ad practica concernentia plura declarabo, ultra ea, quae Dd. hic repetentes adducunt, legesque huius Regni, materiae, de qua egerimus, conuenientes, allegabo, itemque intelligam, non omittur ea, quae in theorica circa hanc l. traduntur, ita quod tam in theorica, quam in practica lex haec, & in scholis & in iudiciis vtilisq; Professoribus iam vtilis, & clara in posterum reddatur, Deo optimo maximo patrocinante. Diuiditur lex haec secundum Barr. & Dd. magis communiter in duas partes principales: In quarum prima ponitur dictum generale in modum regule: In secunda illud probatur tribus exemplis. Vel potest dici secundum Paul. & Ias. hic, & in secunda probetur dictum per argumentum a maiori. Prima est in principio. Secunda ibi. quia. Vifa sic in genere diuisione, casus in specie ita potest figurari. Testator quidam fecit testamentum, in quo non adhibuit solemnitate requisitam a iure, puta, quia non fuerunt adhibiti septem testes, ipse tamen testator in suo cauit testamento, se velle valere cum illis tantum adhiberetur, utrum huiusmodi voluntas testatoris se uetur, & tale testamentum valeat? Responderet Iureconsultus prendendo regulam generalem, dicens: Nemo potest facere, quin leges in suo testamento locum habeant. Hoc dicitur in prima sui parte. In secunda hoc probatur, secundum communem opinionem, tribus exemplis, quia testator minime potest facere, quod actio personalis, quae de sui natura est perpetua, finiatur tempore vel conditione, vel quae suapte natura sit generalis, ut certo restringatur loco. Vel secundum Paul. regula supradicta probatur per argumentum a maiori, hoc modo. Si testator non potest alterare nec mutare naturam actionis personalis, quae descendit ex testamento, in qua non consistit totalis ipsius testamenti substantia, sed est quidam effectus ex testamento productus: a fortiori non poterit mutare formam ipsius testamenti, in qua consistit tota substantia: Quia maior ratio prohibitionis est in causa, quam in causato; ut in authentic. multo magis, C. de sacrosanct. Eccles. Hoc dicit totus hic text. a sui principio vsque ad finem, litera talis est.

Nemo potest in testamento suo cauere, ne leges in suo testamento locum habeant, quia nec tempore aut loco aut conditione finire obligatio hereditatis legatorum nomine potest.

Text. hic secundum Barr. non eget summatio propter sui breuitatem, sed declaratione: secundum tamen Paulum de Cast. ita potest summatio. Testator non potest tollere formam traditam a iure in testamentis condendis, neque potest alterare naturam actionis ex testamento, quae est perpetua respectu temporis, & generalis respectu locorum, in quibus heres sortitur domicilium, ut faciat ipsam finire certo vel incerto tempore, vel quod restringatur ad certum locum. Hoc Paul. summarij sequuntur omnes Moderni, & Ioan. Crot. hic in repet. in princip. dicit, quod est notabile summarij, ex quo elicitur sensus & intellectus huius legis.

Sed vt text. hic melius intelligatur, sequitur ordinem Barr. assumo primam partem text. ex qua talis conclusio elicitur.

In testamentis condendis testator non potest tollere

lere formam traditam a iure. Hoc probat text. in sui i. p. cui consonat l. 32. tit. 9. p. 6. probat etiam text. in l. quidam de deced. ff. de adm. tut. vbi probatur, quod licet testator excusauerit tutores, quos in testamento suo dederit, a ratione male ad administrationis reddenda, nihilominus tamen tutores tenebuntur eam reddere ratione doli. Nemo enim (inquit text.) ius publicum remittere potest, neque mutare formam antiquitus constitutam. Circa que text. pro eius ampliatione videndus Ias. in l. 4. col. pen. C. de transact. Dec. cos. 19. Curt. Senior. cons. 66. col. 7. n. 6. probat etiam text. in l. testandi, C. de test. vbi probatur, quod licet vniciuique liberum sit de sua pecunia testari, obseruare tamen debet formam traditam a iure: probat etiam text. in l. si quando, C. de inoff. test. & text. in c. tua nos, & in c. requisisti, de testam. & alia iura relata per gl. in d. l. quidam de deced. verb. ius publicum, & gl. in l. codicillis, §. si ff. de legat. 2. stultum appellat eum testatorem, qui putabat se posse transgredi formam legis. Alia etiam plura iura concordantia cumulat Mench. de success. creat. §. 2. n. 5. ad §. 3. n. 5, qui est videndus in numeris sequentibus pro intellectu huius text.

Ratio autem rationis, quare leges, quae permittunt voluntate testatoris esse seruanda, debeant intelligi, dum tamen illa voluntas sit secundum leges, & non contra substantiam & formam traditam a iure, est, quia facultas tradita a iure alicui, in dubio debet intelligi & interpretari secundum ius commune, ita probat text. in l. si quando, C. de inoff. test. cu ibi notatis, vbi dicit text. quod si Romanus Princeps concedat alicui, quod possit libere testari, & quod sua voluntas seruetur, debet intelligi, dum tamen testetur secundum iuris dispositionem: dicit namque text. Nemo enim credendum est, Romanum Principem, qui iura tuetur, huiusmodi verbo rotam obseruantiam testamentorum, multis vigilijs excogitatum atque inuentam, velle euerti. Et ita in proposito dicendum est, vt tenet Innoc. in c. dudum, de decim. & in c. imotuit, de eo qui furt. ordin. suscep. tenet Ang. in l. bene a Zenone, C. de quadriem. praer. l. mol. in l. ex facto, per text. ibi, ff. de vulg. & pup. & bene Rod. Suar. in l. quoniam in priorib. 2. limit. ad l. si in fin. fol. 69. C. de inoff. testam. & Jo. Crot. in presenti n. 2.

Verum text. ille in d. l. si quando, debet intelligi, praeterquam si alias talis concessio nihil operaretur, quia tunc cesset remissa omnis solemnitas, & derogatur iuri communi: ita tenet gl. in d. l. si quando, vt puta quando concessa est facultas alicui alias habili ad testandum, quia alias nihil operaretur illa facultas, quod non est dicendum, per text. in l. si quando, ff. de legat. 1. vbi dicitur, quod verba debent intelligi, vt aliquid operetur: circa quem text. & eius regulam videndus est Soc. in reg. 4. 40. & Bald. in Rubr. C. de contrahend. empirio. qui extendit illam regulam ad contractus. Pio cuius rex. limitatione videndus est Roder. Suar. vbi supr. quest. 9. n. 6. & 7. probatur etiam in l. si ff. de constit. princ. & in l. in fin. ad municip. & in c. in his, de priuileg. & cum declaratione gl. in d. l. si quando, ultra Dd. ibi transit Jo. Crot. hic in repet. n. 2. & tenet Rod. Suar. vbi supr. fol. 69. & testatur commune plurimos referens D. Ant. de Pad. & c. vic literatissim. & Reg. sup. premi consilij Senator praepceptor meus in l. n. 13. ff. de leg. 2. vbi allegat alias gl. & refert eleganter. Licet Io. An. hic in rep. velit tenere cotraria.

Est tamen elegans declaratio Cyn. in proposito in d. l. si quando, intelligentis gl. illa & eius declaratione, quod omnis solemnitas intelligatur remissa, illa scujus omissionis sit absq; iniuria tertij vt solenitas numeri testium, & c. Sed solenitas, cuius ommissio est alteri prejudicialis, non potest omitti, vt puta solenitas institutionis, & illa doct. Cyn. seq. Bald. ibid. & Suar. vbi supr. & Ias. in d. l. si quando, qui alias limitationes signat, quae omnia sunt meti tenenda Secunda ratio rationis, quare omnia iura, quae permittunt, quod testator libere disponat, & sua voluntas seruetur, sint intelligenda per notum text. s. du tamē illa voluntas sit secundum ius, & non contra formam testamentorum, est, quia omnis solemnitas seu forma substantialis, est iuris publici vt probatur in l. testam. fact. ff. de test. sed ius publicum non potest quis tollere, vt probatur in l. ius publicum ff. de pact. probat text. in d. l. testandi. C. de test. & in d. l. quidam de deced. ff. de adm. hanc rationem ponit Im. in l. quicquid astringenda ff. de verbi oblig. tenet Alex. & alij in l. testamentum, C. de test. Sequitur

lere formam traditam a iure. Hoc probat text. in sui i. p. cui consonat l. 32. tit. 9. p. 6. probat etiam text. in l. quidam de deced. ff. de adm. tut. vbi probatur, quod licet testator excusauerit tutores, quos in testamento suo dederit, a ratione male ad administrationis reddenda, nihilominus tamen tutores tenebuntur eam reddere ratione doli. Nemo enim (inquit text.) ius publicum remittere potest, neque mutare formam antiquitus constitutam. Circa que text. pro eius ampliatione videndus Ias. in l. 4. col. pen. C. de transact. Dec. cos. 19. Curt. Senior. cons. 66. col. 7. n. 6. probat etiam text. in l. testandi, C. de test. vbi probatur, quod licet vniciuique liberum sit de sua pecunia testari, obseruare tamen debet formam traditam a iure: probat etiam text. in l. si quando, C. de inoff. test. & text. in c. tua nos, & in c. requisisti, de testam. & alia iura relata per gl. in d. l. quidam de deced. verb. ius publicum, & gl. in l. codicillis, §. si ff. de legat. 2. stultum appellat eum testatorem, qui putabat se posse transgredi formam legis. Alia etiam plura iura concordantia cumulat Mench. de success. creat. §. 2. n. 5. ad §. 3. n. 5, qui est videndus in numeris sequentibus pro intellectu huius text.

Ratio autem rationis, quare leges, quae permittunt voluntate testatoris esse seruanda, debeant intelligi, dum tamen illa voluntas sit secundum leges, & non contra substantiam & formam traditam a iure, est, quia facultas tradita a iure alicui, in dubio debet intelligi & interpretari secundum ius commune, ita probat text. in l. si quando, C. de inoff. test. cu ibi notatis, vbi dicit text. quod si Romanus Princeps concedat alicui, quod possit libere testari, & quod sua voluntas seruetur, debet intelligi, dum tamen testetur secundum iuris dispositionem: dicit namque text. Nemo enim credendum est, Romanum Principem, qui iura tuetur, huiusmodi verbo rotam obseruantiam testamentorum, multis vigilijs excogitatum atque inuentam, velle euerti. Et ita in proposito dicendum est, vt tenet Innoc. in c. dudum, de decim. & in c. imotuit, de eo qui furt. ordin. suscep. tenet Ang. in l. bene a Zenone, C. de quadriem. praer. l. mol. in l. ex facto, per text. ibi, ff. de vulg. & pup. & bene Rod. Suar. in l. quoniam in priorib. 2. limit. ad l. si in fin. fol. 69. C. de inoff. testam. & Jo. Crot. in presenti n. 2.

Verum text. ille in d. l. si quando, debet intelligi, praeterquam si alias talis concessio nihil operaretur, quia tunc cesset remissa omnis solemnitas, & derogatur iuri communi: ita tenet gl. in d. l. si quando, vt puta quando concessa est facultas alicui alias habili ad testandum, quia alias nihil operaretur illa facultas, quod non est dicendum, per text. in l. si quando, ff. de legat. 1. vbi dicitur, quod verba debent intelligi, vt aliquid operetur: circa quem text. & eius regulam videndus est Soc. in reg. 4. 40. & Bald. in Rubr. C. de contrahend. empirio. qui extendit illam regulam ad contractus. Pio cuius rex. limitatione videndus est Roder. Suar. vbi supr. quest. 9. n. 6. & 7. probatur etiam in l. si ff. de constit. princ. & in l. in fin. ad municip. & in c. in his, de priuileg. & cum declaratione gl. in d. l. si quando, ultra Dd. ibi transit Jo. Crot. hic in repet. n. 2. & tenet Rod. Suar. vbi supr. fol. 69. & testatur commune plurimos referens D. Ant. de Pad. & c. vic literatissim. & Reg. sup. premi consilij Senator praepceptor meus in l. n. 13. ff. de leg. 2. vbi allegat alias gl. & refert eleganter. Licet Io. An. hic in rep. velit tenere cotraria.

Est tamen elegans declaratio Cyn. in proposito in d. l. si quando, intelligentis gl. illa & eius declaratione, quod omnis solemnitas intelligatur remissa, illa scujus omissionis sit absq; iniuria tertij vt solenitas numeri testium, & c. Sed solenitas, cuius ommissio est alteri prejudicialis, non potest omitti, vt puta solenitas institutionis, & illa doct. Cyn. seq. Bald. ibid. & Suar. vbi supr. & Ias. in d. l. si quando, qui alias limitationes signat, quae omnia sunt meti tenenda Secunda ratio rationis, quare omnia iura, quae permittunt, quod testator libere disponat, & sua voluntas seruetur, sint intelligenda per notum text. s. du tamē illa voluntas sit secundum ius, & non contra formam testamentorum, est, quia omnis solemnitas seu forma substantialis, est iuris publici vt probatur in l. testam. fact. ff. de test. sed ius publicum non potest quis tollere, vt probatur in l. ius publicum ff. de pact. probat text. in d. l. testandi. C. de test. & in d. l. quidam de deced. ff. de adm. hanc rationem ponit Im. in l. quicquid astringenda ff. de verbi oblig. tenet Alex. & alij in l. testamentum, C. de test. Sequitur